



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XVI. Deuota si adulterauerit, decem annos poeniteat; si maritum duxerit,  
non permittendam ad poenitentiam, nisi maritus decesserit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
CHRISTI  
400.

XIV.

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumperferit, velut sacrilegus propellatur.

XV.

\* Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad dominum eius, clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sint episcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico, siue clero.

XVI.

\*in eccl<sup>ia</sup> cens<sup>em</sup> mus \* veram Deuotam peccantem non recipiendam \* in ecclesiam, nisi peccare desierit, & desinens egerit \* aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullum conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam haec quæ eam recepit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par poena constringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso viro, caste viuere coeperit, aut postquam ipse decesserit.

XVII.

\* fidelis Si quis habens vxorem fidem, \* si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (ut ei placuerit) sit coniunctione contentus; alias vero viuens

11. qu. 3. Si quis laicus abft. Adducitur ex Concilio Toletano. Canon II. vocaturque ibi Concilium primum Toletan. Dec. Iuo. P. 13. c. 30.

27. q. 1.  
Deuotam peccantem non. Et in cap. Mart. c. 31.

Dist. 34. c. Is qui non habet. Iuo p. 8. c. 64. In notis decreti Gregoriani exponitur hoc decretu, de iusta concubina, ex sentent. B. Augst. lib. de bono

Cccc iiiij